



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Principium 15. Inefficax est probatio, quam facit unius Testis assertio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

de Test. dicitur; aut certe Personæ testantes sint hujusmodi
quæ jurare non soleant, quales censentur Papa, & ut Andri
Gail apud P. Gobat accus. canon. c. 42. n. 102. & sequim
mania observari ait, etiam Nobiles & Illustres Personæ, qui
sub fide duntaxat sua per scripturam & sigillum deponere solent
lent: aut aliæ Personæ, quæ per privilegium habent, ut jurare
re non teneantur.

Authoritas.

Desumptum est ex textu expresso cap. Nuper. § 1. de Testi
stibus, ubi dicitur: Nullius testimonio, quantumcunque
ligiosus existat, nisi juratus deposuerit, in alterius præ
cium debet credi. Et l. Jurisjurandi. C. de Testibus.

Ratio.

Quia, cum in Judiciis & Tribunalibus vel maxime Jus
tia vigere debeat, meritò etiam magna valde certitudo
veritate probationum requiritur, utpote quæ sunt fundam
tum sententiæ in judicio ferendæ.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eos, qui juramenti præstandi incap
ces sunt (quales censentur infames, amentes, aut pleno
tionis usu carentes) etiam Testimonii ferendi incapaces esse
feri debere, uti per se constat.

Deducitur 2. Eos, qui ad testimonium dicendum cogi
possunt, hoc ipso etiam ad juramentum cogi posse, nisi
Personæ exceptæ, de quibus supra dictum.

Deducitur 3. Juramentum hoc non posse præstari ab eo
qui per solum auditum aut famam aliquid novit, ut re
notat P. Gobat accus. canon. c. 42. n. 110. contra Man
dam. ib. c.

PRINCIPIUM XV.

Inefficax est probatio, quam facit unus
Testis assertio.

Sensus.

Hoc est, quando probatio aliqua per Testes faciend
tum licet adsit unus Testis omni exceptione major, tam
rùm tamen sufficit ad probationem plenâ faciendam, qu
si aut

Nullus adesse, nisi sint causæ non judiciales, & non præju-
diciales tertiæ personæ (ut cum de baptismo collato, Eccle-
siæ contrahata testimonium ferendum est) aut in quibus de
matrimonio impediendo agitur, ut in denunciatione impedi-
endi matrimonii contrahendi, inhabilitatis ad ordines
admittendos &c. uti Laym. l. 3. tr. 6. c. 4. n. 6. notat.

Authoritas.

Delumptum est ex cap. Licet. 23. & c. Veniens. 10. de
Test. & Accus. Item ex le: Jurisjurandi. C. de Test. illudque
testimonium unanimitè Theologi & Jurisconsulti, teste Les-
sio apud P. Gobat accus. canon. c. 42. n. 81. unde nata sunt
verba hæc: Vox unius, vox nullius; Unus Testis, nullus
est.

Ratio.

Quia, ut Christus ipse Marth. 28. dixit: *In ore duorum
vel trium Testium stat omne verbum*; difficilius scilicet est,
falsi aut corrumpi, quàm unum, adeoque in favorem il-
lius contra quem probatio suscepta est, meritò duo saltem
Testes requiruntur.

Praxis.

Præmissis deducitur 1. Si duo jurati Testes testentur de aliquo
crimine, & eorum alter sit socius criminis, nullam esse pro-
bationem, cum unius tantum, scilicet innocentis testimoni-
um illegitimum, ut in c. Veniens cit. definitur.

Deducitur 2. Etsi Judex, quantæcunque sit autoritatis
(supra summo Pontifice) aliquid affirmet & testetur, non
tamen ei fidem in causis probandis adhibendam, uti in c.
de Test. nobis. 27. de Test. dicitur.

Deducitur 3. Si in loco, ubi Tridentinum receptum est,
tantum Testis cum Parocho testetur, matrimonium esse
contractum, invalidum esse matrimonium, uti ex Triden-
tino Concilio Sess. 24. c. 1. colligitur.

PRINCIPIUM XVI.

Testimonium in tribunali dicendum admitti-
tur, quisquis à Jure non excluditur.

N n

Sensus.